mich zu dencken/ und hingegen meines dürfftigen Nächstens zu vergessen. Zumal ich nur allzusehr versichert bin/ daß viele/ ja viele Dürfftige/ ihr Interesse eben so wohl als ich das Meinige/ bey meinen Machinen haben sollen/ welches so wohl auß Befehl Gottes/ als ex voto zu observiren/ und ihnen daran nichts verkürtzen zulassen mir oblieget. Dann es hat der Weißheit Gottes nicht gefallen/ daß durch diß mir geschenckte Kleinod ich nur allein zu seinem Lobe/ sondern auch alle die Meinigen (dazu ich viel fromme/ gottesfürchtige dürfftige betagte Personen und manche Gottes-Armen rechne) erfreuet werden sollen.

Darum wird nun die werthe Kunst- und Nutzen suchende/ ja Weißheit-liebende Welt mir nicht verargen/ dieses Puncts/ nemlich der Ehre Gottes/ und des dürfftigen Nächstens halber/ sie inständig mit gebäten zu haben/ daß sie ihre freygebige Erkäntlichkeit/ in billiger Belohnung oder Bezahlung dieses mit viel 1000. Mühe/ Kosten/ Schweiß und Fleiß endlich

tum commodis destinem, & proximi mei, egentis & afflicti, quam turpissime oblivisear. Persuasissimus namque sum, quod multi, imo plurimi indigentes, non secus atque ego ipse, ex Machina hac mea perpetuo mobili utilitatem suam & commoda sint habituri, quod ut ego quam accuratissime observem, nihilque commodorum iis subtraham, aut speratas ab iis utilitates imminuam, & ipsum Sanctissimum Dei præceptum mihi imperat, & facta a me vota me obstringunt. Quantum enim ego quidem intelligo, Divina Sapientia voluisse videtur, ut non ego solum donato hoc mihi arcano, sed & mei omnes (quos inter quam plurimos probos, Deumque timentes Egenos, Senes & pauperes clandestinos numero) ad Dei gloriam recreentur.

Quibus de causis nemo, qui artes & commoda quærit, imo Sapientiam amat & diligit, mihi vitio vertet, si vel hos ob fines, gloriam nimirum Dei T. O. M. & proximorum meorum indigentiam omnes & singulos debita cum demissione. observantia & humanitate rogem, ut, dum inventi mei infinitis laboribus, sudoribus & sumptibus præ-

endlich zuwege gebrachten Inventi, dermassen blicken lassen möge/ daß diejenigen (denen ich die Mitgenoßenschafft des mir verliehenen Guhts mit einem theuren Gelübde verheißen) nebst mir nicht Ursache haben zu seuffzen/ und dadurch der Segen noch mehrerer hochnützlichen Erfindungen von andern Künstlern und klugen Männern nicht etwa hintertrieben werden möchte.

Die Gerechtigkeit ist ja nicht die letzte Tugend! ja sie respiciret alle Gebotte des Höchsten/ unter denen auch das zehende mit begriffen/ und gleich denen andern seine Belohnung und Straffe nach sich ziehet. ꝛc.

Schließlich bezeuge ich noch/ vor der weiten Welt ein vernünfftig-gutes Vertrauen/ mit dem Wunsche und der Hoffnung: daß Sie mir nur so genereux begegnen möge/ als ich treulich und wohlmeynend Ihr entge-

prægrandibus parti & acquisiti præmium mihi definiunt & dissolvunt, liberalissimam suam munificentiam & Magnificentiam ita reipsa prodant, ut iis, (quibus ego boni hujus mihi à Deo concesi communionem, utilitatisque inde mihi proventuræ participationem sanctissimis votis promisi & confirmavi) nullam mecum rationem inveniant, cur spem suam frustratam deplorent, alii verò artifices & sagacis ingenii homines terreantur, ne inventis quam utilissimis desideratissimisque deinceps detegendis oleum operamque frustra impendant.

Certè Justitia Virtutum reliquarum etsi Excellentissimarum haudquaquam est postrema, sed omnia potius Divina mandata & leges respicit, quas inter decimum etiam præceptum locum sibi vendicat, & aliorum instar pœnas præmiaque mortalibus conscisit. &c.

Tandem, ut hanc Machinæ meæ perpetuo mobilis publicam propositionem absolvam, quantum ego toti Mundo confidam, hisce significo, optoque, ut, qui Machinæ meæ emptores esse voluerint, tantam ipsi præ se ferant Munificentiam, quan-

gegen gegangen und Sie hierinnen ersuchet habe.

In welcher Zuversicht dann ich mich mit dieser Vorstellung und Vorschlägen / allen ihren Gliedern / Hohen und Niedrigen / Gelehrt- und Ungelehrten / in gebürenster Submission und Ergebenheit / unter Anwünschung alles ersprießlichen Wohlergehens / Friede / Ruhe und unendlichen Segens von GOTT empfohlen haben wil; Der Höchste schaffe ein erwünschtes

E N D E.

Wer nun gesonnen ist etwas zu legen an/
Damit mein Werck bekandt wird morgen oder heute;
Der melde mir: wie viel Er geben wil und kan/
Die Resolution geschehe nur bey Zeite.
Wanns dann an Kauffern mir mit nächstem nicht gebricht/
Bleibt mir des Kauffers Geld/das Kleinod bleibet seine.
Im Gegentheil wo sich kein Kauffer findet nicht!
Frag nVn DIe LeVte ICh: wo bLeIben Dann DIe neVne?

ta ego cum fide & sinceritate hæc omnia iisdem proposui, atque etiam commendata cupio.

Quæ omnia dum spero, meipsum, Machinam meam, & hoc ipsum scriptum meum omnibus universi hujus Membris, Summis & Imis, Doctis & Indoctis, debita cum submissione, observantia & humanitate commendo, &, ut omnia fausta, pacem, quietem, multifariamq; benedictionem universis à Deo apprecor, ita ut omnia ad optatos fines pertingant, Eum demisse obtestor, qui est omnium

FINIS.

Quisquis resolvit solvere præmia
Meo labori, & reddere publicam
Hanc Machinam, procrastinare
Ille animum pretiumq; nolit;
Nam dissoluto Machina præmio
Mox publicanda est Utilitatibus
Mortalium, sin nemo solvat
Gratus ubi est animus? rogabunt.

Ad-

Billiger Anschluß/

Worinnen man noch einige Attestata, Machinen und Figuren ꝛc. anzufügen vor diensam befunden.

Als man durch Göttliche Verleihung endlich zu Gera/ im Voigtlande Año 1712. das Orffyreische Perpetuum Mobile wider alles Vermuhten ansichtig worden/ ist leicht zu erachten/ welche Verwunderung es bey Jederman werde causiret haben. Ein jedes war begierig/ die eigentliche Gewißheit zu vernehmen! Man sahe ein Rad von 5. Fuß im Diameter auf einer leichten sich hin und wieder schieben lassenden Stellage/ in freyen Zapffen-Lagern/ Tag und Nacht/ Sonn- und Werckel-Tages/ plötzlich herum lauffen; Und nachdem nun zu dessen Untersuch- und Besichtigung dasige Hoch-Gräfliche Herrschafft den billigen Vorzug und nicht schlechte Zufriedenheit dabey gehabt! Fande sich nachgehends auch nichtweniger Vergnügen bey viel 100. curieusen Zuschauern; bis sofort auf Gutbefinden Ihro Gnaden/ der Hoch-Gräfli-

Additamentum,

In quo ea, quæ, ut adjicerentur, visa sunt necessaria, cum Testimonia, tum Machinæ & Figuræ Scenographicæ, Lectorum oculis Subjiciuntur.

Posteaquam Divina Favente Providentia, post tot Secula tandem Geræ in Voigtlandia anno 1712. Mobile Perpetuum Orffyreanum præter omnium spem publicæ omnium censuræ curiosorumque oculis est propositum: facile omnes intelligent, quanta admiratio omnium animis sit ingenerata. Vix fuit, qui veritatis hujus coram conspiciendæ desiderio non flagraret. Et, quotquot concurrerunt, viderunt Rotam, quinque pedes diametro suo complexam, quæ, cum huc illuc mobilibus canteriis incumberet, intra liberos omniumque oculis patentes ancones diu noctuque motum suum rapidissimum, donec Machina à me rumperetur, continuabat. Et, cum ad Machinæ hujus meæ visitationem & studiosam perlustrationem Excellentissimi & Illustrissimi Comites, loci illius Domini, ut

Gräflichen Frau Wittwen (als einer in vielen ungemeinen Wissenschafften hoch-verständigen Dame) zu dieses Werckes baldiger Bekandtmachung / nachstehendes Attestat von glaubwürdigen Personen / mit gutem Vorbedacht außgehändiget / alhier aber zum erstenmal zum Druck befördert worden.

oportebat, primi essent quam demisse invitati, inventionemque ipsam non parum approbassent, ii qui post admissi sunt innumeri spectatores, non minus postea, perfectam à me, Machinam hanc sua laude & approbatione honorarunt. Quo id effectum est, ut Ipsa Excellentissima & Illustrissima Domina Comes (utpote complurium scientiarum peritissima Domina) Clementissime vellet, & juberet, ut ad inventi hujus publicationem accelerandam à personis fide dignis id quod sequitur testimonium matura cum deliberatione & perpensa prævie machina mea conficeretur, mihique extraderetur, id, quod hic primum typis vulgatur & Lectorum oculis proponitur.

Attestat auß Gera von Anno 1712.

Nachdem das so lange gesuchte und gewünschte Perpetuum Mobile durch Göttliche Gnade alhier zu Gera / neulichst nur erfunden und ver-

Testimon. Geranũ Anni 1712.

Postquam diu vestigatum & desideratum Mobile Perpetuum Divina favente gratia, hic Geræ, quam nuperrime inventum & perfectum fuit,

verfertiget worden / eine künstliche und höchst-nützliche Machine, welche ohne alle äusserliche Gewichte / Wind / Wasser und Feder-Werck ꝛc. durch einen gantz sonderbaren innerlichen Motum Perpetuum, ihr eignes Corpo selbst in continuirlichem Lauff nicht nur alleine erhält / beweget und umtreibet / sondern über dieses dazu noch andere Machinen / so grosse force vonnöhten haben / (als Wasser-Künste / Mühlen / u. d. g.) zu treiben leicht capable ist; und aber nun wider Vermuhten in allen benachbarten Gegenden schon sehr ruchtbar / auch Nachricht eingelauffen / wie einige von Erfinders so genanten Freunden / durch verschlagene occasion sich gelüsten lassen / die Invention gedachter Machine so zu sagen abzustehlen / und selbige gar nach zu machen / auch auf andere Arth und Weise ihr Interesse alleine dabey eyf-

fuit, Artificiosa nimirum eaque utilissima machina, quæ absque omnibus exterius applicatis ponderibus, vento, aqua, aut lamellis fibulisque cessilibus ac resilientibus &c. sed Sibi propria & intrinseca vi movente motu perpetuo Suum ipsa corpus non solum continuo urget & impellit, sed ad hæc etiam alias Machinas, quæ non exigua vi movente indigent (puta Molendina, fontes &c.) propria sibi vi motrice impellere potest & sine cessatione agitare. Cum autem præter omnem exspectationem nostram in vicinis regionibus pervulgatum sit, imo certis nunciis sit significatum, qua ratione aliqui, sic æstimati, Inventoris amici clandestinis machinationibus & occasionibus in animum id suum induxerint, ut inventionem hujus machinæ inventori ipsi clam eripiant, eam effecto à

eyfrigst zu suchen schon allbereit angefangen. ꝛc.

Als wird hingegen hiermit und Krafft dieses wohlbedächtig attestiret: daß Herr Dr. Johann Ernst Elias Orffyreus, Med. Pract. und Mathematicus, auß Ober-Laußnitz gebürtig (so eine geraume Zeit alhier gewohnet/ Sich auch jederzeit honnet, Christlich/ still und also aufgeführet/ daß Ihme dißfalls nichts als Liebes und Gutes nachzusagen) der durch Göttliche Gnade wahrhafftige Urheber / Erfinder und Verfertiger dieses so raren Wercks alleine ist und sonst kein anderer mehr / der sich etwan mittler Zeit/ solcher Erfindung auch anmassen oder rühmen möchte! Gestalt dann mehrermeldte Machine, schon vom sechsten Junij an / dieses jetzt lauffenden 1712. Jahrs/ alhier auf

se ectypo imitentur, aliisque mediis & viis suum ipsi lucrum vestigare quam solertissime & occultissime adnitantur. &c.

Publicis hisce literis & tenore earundem, perpensis abunde omnibus & singulis, testamur & quavis ratione affirmamus: quod Dom. Dr. Joannes Ernestus Elias Orffyreus Medicin. Pract. & Mathemat. ex Lusatia superiore oriundus (qui diu hic nobiscum vixit, vitamque suam honestam, Christianam & modestam, imo talem nobis approbavit, ut hac in re nil nisi honesta & laude digna de eo prædicare possimus) is, inquam, solus favente Deo T. O. M. verus Machinæ hujus perpetuo mobilis auctor, inventor & fabricator existat, nullus vero alius, qui deinceps inventionem hanc sibi attribuere, seque inventorem Ejus machinæ orbi ostentare præsumeret, ab ullo inventor aut auctor

ha-

auf dem Niclaus-Berge in Herrn Richters Hause (*) von obgedachten Herrn Orffyreo das erstemal im perfecten Lauff curieus zu schauen verfertiget gewesen. Wie dann selbiges nicht alleine von Ihro Hoch-Gräfflichen Gnaden/der Hoch-Gräfl. Frau Witwen alhier/ und Sr. Hoch-Gräfl. Gnaden des XXII. (item XXIV. &c.) Herren Graffen zu etlichen malen in eigener hohen Person selbst gesehen/ sondern auch mit deren gnädigen Consens und Gutachten uns Endes-benamten sämbtlich gezeiget und gewiesen worden. Weswegen nun zu desto mehrer Beglaubigung/ dieses Testimonium, GOtt zu Lob/ Ruhm und Ehre/ dem Erfinder aber zu sonderbarem Schutz/ Nutz/ Recommendation und Förderung/ für allen respectivè Hohen

(*) auf welcher Stelle jetzo eine Kirche gebauet ist &c.)

haberi posit ac debeat. Præcipuè cum sæpe dicta Machina jam à die sexta Junii labentis anni 1712. hic loci, in sic dicto Monte St. Nicolai, in Domo Domini Richteri (*) ab supra nominato Domino Orffyreo fabrefacta, & motui suo constantissimo permissa conspicienda fuerit. Quemadmodum Eam ipsam machinam non solum Alte- dicta Excellentissima & Illustrissima Dna Comes Vidua, & Excellentissimus & Illustrissimus Dnus Comes, XXII. (it. XXIV) Dni nostri Gratiosissimi Clementissimis sæpius oculis perlustrarunt, sed & consentientibus iisdem Dominis Gratiosissimis & volentibus nos infra scripti eandem vidimus & examinavimus. Quibus de causis ad majorem veritatis hujus confirmationem nos, ad Majorem Dei Gloriam, Laudem &

(*) quo in loco Ecclesia jam est extructa

hen und Niedern / Kunst- und Weißheit- liebenden Personen ertheilet / auch hiernächst von Uns allerseits eigenhändig unterschrieben und besiegelt worden. Geschehen zu Gera / den 9. Tag Octob. Anno 1712.

& Honorem, ad Ipsius Inventoris vero præsidium, utilitatem, commendationem & emolumentum, ad omnium summorum & Imorum, artis sapientiæque amantium securitatem, hoc Testimonium Inventori Tribuere & Manuum nostrarum subscriptione appensisque sigillis nostris illud roborare & confimare voluimus. Actum Geræ die 9. Oct. An. 1712.

(L.S.) Dr. Joh. Georg Pertsch / Past. & Sup. ib. Mpr.
(L.S.) Joh. Christoph Zopff / Med. Doct. Gräflicher Leib- Medicus und Stadt-Physicus.
(L.S.) Magist. Heinrich Fischer / Archidiac. & Consist.
(L.S.) Oßwald Leupold / Poligraph. Ger.
(L.S.) Johann Adam Cass. Hoch-Fürstl. Sächs. Weissenfels. Land-Baumeister / Mathem. und Ingenieur, der das Werck examiniret.
(L.S.) Reinhold Richter.
(L.S.) Christian Lange.
(L.S.) Adolff Anshelm von Carlowitz.
(L.S.) Emanuel Kegel / Gräfl. Reuß. Pl. C. Dir.
(L.S.) H. von Weißbach.
(L.S.) Joachim Conrad Döring / Math. Cult.
(L.S.) N. Sturm / Math.
(L.S.) Georg. Heinrich Nollhard / Mech.
(L.S.) J. Chilian Freysinger.

Und noch viel andere mehr.

(L.S.) Dr. Joan. Georg Pertsch. Past. & Super. ib. Mpr.
(L.S.) Joan. Christ. Zopff. Med. Doct. Excell. DD. Comitum Archiater & Physicus urbis. Mpr.
(L.S.) Mag. Henr. Fischer, Archidiac. & Cons. Mpr.
(L.S.) Osvvaldus Leupold, Poligraph. Ger.
(L.S.) Joan. Adam. Cass. Ser. Principis Saxo-Weissenfels. Architectus, Mathem. Machinator bellicus, *qui machinam examinavit.*
(L.S.) Reinholdus Richter, Mpr.
(L.S.) Christian Lange, Mpr.
(L.S.) Adolph. Anshelmus á Carlovviz, Mpr.
(L.S.) Emanuel Kegel.
(L.S.) H. à Weisbach, Mpr.
(L.S.) Joachimus Conradus Döring. Math. Cult.
(L.S.) N. Sturm, Mpr.
(L.S.) Georg. Henricus Nollhart, Mechan.
(L.S.) Joan. Chilianus Freysinger, Mpr.

Et complures alii.

Gleich-

Id

GLeich wie nun ins gemein alle neue und nützliche Inventa manchem lästerlichen Urtheil unterworffen seyn! Eben also ergieng es auch anfänglich dem Orffyreischen Perpetuo Mobili; bevor man es nachgehends zu Draschwitz und Merseburg vergrössert und verbessert sahe.

Feinde fanden sich genug! ja des guten Orffyrei eigene Lands-Leute und Glaubens-genossen / waren mit ihrem wiederholten Crucifige am allererstenparat! unter welchen besonders auß eigenmäsiger und unter-irrdischen Klugheit/ sich drey privat-Personen/ mit unzeitigem Zweifel-Richten und verdammen ꝛc. extra-ordinair signalisiret/ und hervor gethan.

Der Anfänger mag seyn **Herr Andreas Gärtner** in Dreßden! sonst ein guter Schreiner oder Tischler. ꝛc. ꝛc. ꝛc.

Der folgende war **Joh George Borlach**/ Gärtners Anhänger/ seiner Profession (wie einige sagen) ein müssiger Müller. ꝛc. ꝛc.

ID, quod communiter omnibus & singulis novis inventis accidere solet, ut non unius vituperantis judicio subjecta esse debeant: idipsum & sub ipsum sui exordium experiri debuit Perpetuum Mobile Orffyreanum, priusquam illud Draschwitzii & Martisburgi auctius & emendatius restitueretur.

Non exigua adversariorum manus illud invadebat. Imo ii ipsi, qui eandem cum Orffyreo patriam & fidem colebant, idipsum quovis modo lacessebant & oppugnabant. Quos inter tres præcipue fuerunt, qui attributa sibi, nescio qua, Sapientia nixi dubiis suis præmaturis, præcipitatis sententiis & condemnatione inaudita sese præ aliis illustres reddidere & celebratos.

Auctor horum & primas sit *D. Andreas Gärtner* Dresdensis, arcularius alias insignis & celeber. &c.

Alter erat *Joannes Georgius Borlach* Superioris Socius, Professione, ut nonnulli dicunt, molitor. &c.

Der dritte ist Herr Christian Wagner/ein Studente in Leipzigne.

Die ersten beyde (nachdem bey ihnen nicht sowol die Christliche Liebe als Verleumdung und Unbedachtsamkeit Statt funden) haben ein recht sträfliches (wider die löblichen Landes-Gesetze und scharffe Raach-Mandata schnurstracks lauffendes) Schmäh-Kupffer und Pasquill, öffentlich in grosser Menge durch die weite Welt fliegen lassen! vermittelst welcher fälschlichen Auschuldigungen/ das Orffyreische Mobile Perpetuum, oder Kunst-Rad/ durch einen Kerlen / mit Sophistischen Strick-Zügen hätte sollen beweget werden/ &c. wie etwa auß beyfolgender saubern Figur (von vorgedachtem Borlach unterschrieben) mit mehrerm beherziget und verstanden werden kan.

Tertius erat *D. Christianus Wagner* Studiosus Lipsiensis.

Priores duo (postquam non tam debita Christiano Charitas quam calumnia & animi præcipitantia animos eorum occuparat) ausi fuerunt magno numero orbi communicare Iconem infamem & inventori contumeliosam, (utut ejusmodi laudatissimis Saxoniæ Legibus & pœnalibus, ut vocant, mandatis prohibita sit & vetita.) Vi cujus Perpetuum Mobile Orffyreanum falso insimulabatur, atque si id ipsum ab homine quopiam, alio in conclavi latente, funibus clandestinis moveretur & impelleretur, quemadmodum id ipsum ex ea, quæ sequitur, Figura, cui ipse Borlachius subscripsit, pluribus intelligi & æstimari potest.



Das unter Borlachs Namen außgestreuete Pasquill! welches nur zur Merseburgischen Translocirung und Examen Anlaß gegeben hat.

Icon infamis sub Borlachii nomine divulgata, quæ ansam dedit, ut Machinamea Martisburgi de loco in locum transferretur, & rigido examini, prout testim. sequentia testantur, subjiceretur.

Was aber nun die lieben Herren Auctores dieses jetzt betrachteten unvergleichlichen Bildes für herrlichen Lohn und vortreffliches Lob erlanget! solches eröffnen umständlich nachfolgende Drey Attestata.

Welche sowol wie die andern vor jetzo von Wort zu Wort nach dem Original gedruckt. ꝛc.

Das erste Attestat,

Auß der Hoch-Fürstlichen Regierung zu Merseburg/ ꝛc.

DEmnach bey des Postulirten Administratoris hiesigen Stiffts/ Herrn Hertzog Moritz Wilhelm/ zu Sachsen/ Fürstl. Durchl. Dr. Johann Ernst Elias Orffyreus unterthänigst einkommen / und wegen des von Ihm inventirten Perpetui vel per se Mobilis, welches bisher seinem Anführen nach/ mit allerhand blämen be-

Quam vero laudem Iconis hujus infamis Auctores sibi conciliarint, id uberrime eloquuntur ea, quæ sequuntur,

Tria Testimonia.

Quæ, uti & superiora, verbotenus cum ipso Originali concordantia typis subjiciuntur.

Primum Testimon.

Quod Ipsum (tit.) Ser. Princ. & Administratoris Martisburgensis Consilium regiminis Gratiosisfimè indulsit.

POsteaquam Serenissimo Principi & diœcesis hujus Postulato Administratori Mauritio Wilhelmo Saxoniæ Duci, Principi ac Domino nostro Clementissimo Dr. Joannes Ernestus Elias Orffyreus humillime supplicavit, & ratione Inventi ab ipso Perpetui vel per se Mobilis, quod hucusque, quemadmodum demis-

se

beschmitzet/ und unter andern/ als ob es an einem verborgenen Stricke gezogen und dadurch in Bewegung gebracht / auch darinnen erhalten werden müsse / davon fälschlich vorgegeben worden / zu der am 31ten Octob. a. c. angestellten und in denen Gazetten bekandt gemachten Probe und Untersuchung/daselbst Er vermittelst öffentlicher translocirung dieser machine an eine andere Stelle/ auch durch mehrere Arten den egalen/ schnellen/ und mit einer nicht geringen force begleiteten innerlichen eigenen und an sich perpetuirlichen motum, so viel ohne Entdeckung des inwendig verborgenen Kunst-Stücks und principii motus geschehen könte/ klärlich zeigen/ mithin die wahrhaffte existentz sothanen perpetui oder per se mobilis, und daß kein Betrug dahinter verborgen/ wider die ungegründeten Anschuldigungen defense significavit, compluribus calumniis affectum, & inter alia falso est insimulatum, quasi occulto & latente fune attraheretur, hac ratione moveretur, & in suo motu conservaretur, ad institutam die 31. Octobris a. c. & in publicis relationibus significatam ejusdem visitationem & examen, in quibus Ipse mediante publica & in omnium oculis facta Machinæ de loco in locum translatione, variisque aliis experimentis, æqualem, celerem & cum non minima vi & impetu conjunctum internum, proprium & in se perpetuum motum, quantum quidem absque structuræ interioris latentisque artefacti & principii motus publicatione fieri posset, quam clarissime demonstrare, & hac via indubitatam ejusdem perpetui vel per se mobilis existentiam, &, quod nulla fraus occultata esset,

diren wolte / um Abordnung einiger Commissarien / und nachheriges beglaubtes Attestat gehorsamst angesuchet und gebäten Und dann Uns Endes Benañten hierzu Commision aufgetragen / und dißfalls beglaubtes Attestat zu ertheilen / Gnädigst anbefohlen worden /

Als attestiren Wir hiermit zu Steuer der Wahrheit / daß erwehnter Dr. Orffyreus am besagten 31. Octob. a. c. in Gegenwart Unser / auch einiger berühmter Mathematicorum , und anderer Leute / sein perpetuum oder per se mobile, so sechs Ellen im Diametro hält / und ohngefehr siebenzig Pfund in die höhe treibet / lincks und rechts lauffen / auch von dem bisherigen auf ein anders freyes Lager legen und ebenfalls / wie vorhin / ohne / daß dessen

set, adversus frivolas adversariorum accusationes defendere vellet, specialiter in hunc finem deputatos Commissarios & publicum deinde authenticumque testimonium quam demisse rogavit & flagitavit: Nobis vero infra nominatis specialis illa commisio & hac in re publicum dandi testimonium facultas quam clementissime est demandata:

Nos in fidem veritatis attestamur , quod Prædictus Dr. Orffyreus memorata die 31. Octobris a. c. in præsentia nostrûm & coram aliquot peritis Mathematicis aliisque hominibus suum perpetuum vel per se mobile, quod sex ulnas diametro suo complectitur, & septuaginta circiter pondo in altum levat, sinistrorsum & dextrorsum moveri, adhæc idipsum ex priore situ in alium eumque liberum patentemque locum

trans-

effect, auch egaler und schneller motus, dadurch gemindert worden / lauffen lassen / und damit den Verdacht und Beschuldigung / als ob sothane seine machine durch einen verborgenen Strick gezogen / und solcher Gestalt in Bewegung gebracht und erhalten wurde / klärlich abgelehnet / zu dessen mehrer Urkund ist diß Atteſtat mit dem kleineren Cantzley-Signet bedrucket / und von Uns eigenhändig unterschriebē worden; So geschehen Merseburg den 21ten Decemb. Año 1715.

transferri, & pari, ut ante ratione, absque quod ejusdem effectus uti & æqualis celerrimusque motus hisce sit imminutus, agitari & volvi fecerit, & his ipsis omnem suspicionem & accusationem, quasi prædicta illa machina occulto latenteque fune attraheretur, hac via moveretur, & in motu suo conservaretur, quam clarissime à se averterit. In cujus rei fidem hoc nostrum testimoniū minori Sigillo Cancellariæ munivimus & manuum nostrarum subscriptione roboravimus. Actum Martisburgi die 21. Decembris Añi 1715.

Fürstl. Sächs. hierzu gnädigst verordnete *Commissarij*

à Serenissimo Saxoniæ Duce in hunc finem Clementissime deputati Commissarii.

L. S.

Julius Bernhard vō Rohr
Caspar Johañ Bretnütz.

Julius Bernardus à Rohr.
Casparus Joannes Bretnütz.

Zweytes Attestat,

Auß gedachtem Hoch-Fürstl. Ambte ertheilet ꝛc.

ICh Johañ Andreas Weise/der Zeit bestellter Ambtmann alhier/ Krafft diß urkunde und bekenne; Demnach auf des berühmten Mathematici Herrn Doct. Orffyrei beschehenes unterthänigstes suppliciren / unterm gestrigen dato dergestaltigen gnädigsten Befehl erhalten: mich nebst denen hiesigen Landgerichts-Personen / auf den so genanten grünen Hof vor hiesigen Sixt-Thore zu begeben/ der auf heute angestellten Untersuchung des von gedachtem Herrn Dr. Orffyreo inventirten Perpetui Mobilis mit beyzuwohnen und alles was darbey vorgehen und experimentiret werden würde/ fleissig zu beobachten und umständlich registriren zu lassen; daß

Secundum Testim.

Quod Ejusdem Sereniſſimi Principis *Judicium Inferius* Impertiit.

EGo Joannes Andreas Weise, actu hic constitutus Ambtmannus tenore præsentium confiteor, &, postquam ad humillime porrectum à Celeberrimo Mathematico Domino Dre. Orffyreo libellum supplicem hesterna Die Clementissime mihi demandatum fuit, ut me una cum aliis judicii nostri hujatis membris ad Sic dictum viride prædium, extra hujatem Portam Sixtinam situm, conferrem, hodie instituto, perpetui à prædicto Domino Dre. Orffyreo inventi mobilis examini ipse coram interessem, omniaque quæ ibi agerentur & experimentis probarentur, diligentissime observarem & quoad omnes circumstantias protocollo

Daß ich mich sofort nebst denen Land-Gerichts-Personen actô dahin verfüget / und solche Untersuchung und Translocirung angezogenen Perpetui Mobilis, in præsence vieler berühmter und darzu invitirten Herren Mathematicorum und anderer vornehmen Personen / von Anfang bis zum Ende mit beygewohnet; Worbey dann überall nachfolgendes observiret wurde. Nemlich: nachdem zuvorderst der Herr Inventor uns überall herum geführet / und gnugsam gezeiget / daß dieses sein Perpetuum Mobile nirgendswo auf eine verborgene und fälschlich angedichtete Arth gezogen werden könne / brachte Er dasselbe / welches eine runde Machine war / deren Diameter ohngefehr 6. Ellen / die Breite aber einen Schuh hielt / mit sehr geringer Hülffe / so lange bis nur ein einziges darinnen liegendes Gewicht zu fallen

collo nostro inseri curarem, certos omnes reddo, quod una cum aliis judicii nostri Membris me actu eo contulerim, & dictæ visitationi & translationi locali ejusdem Perpetui Mobilis in concursu plurium celeberrimorum Mathematicorum aliorumq; Clarissimorum hominum ab initio ad finem usque adfuerim. Ubi ea, quæ sequuntur, observata fuerunt. Scilicet: Postquam ante omnia Dnus Inventor nos ubique circumduxit & abunde demonstravit, quod hoc suum Perpetuum Mobile nullibi occulta aliqua & falso afficta methodo moveri posset, hoc suum Perpetuum Mobile, quod rotunda Machina est, cujus Diameter circiter sex ulnas, crassities vero circiter pedem complectebatur, exigua admodum ope, tamdiu scilicet durante, donec unicum interiorum ponderum

len anfieng / in solche hefftige Bewegung / daß es sich in einer minute in die 40. und mehr mal herum drehete / und mit grosser forçe wiederum aufgehalten werden muste / auch da Er solches etliche mal rechts und lincks lauffen lassen / machte Er so dann an die Welle der Machine einen zum Fenster hinunter gelassenen Strang / ließ an denselben einen Kasten voll Ziegel-Steine / auf die 70. Pf. schwer hängen / und durch besagte Machine etliche mal auf und abziehen / wobey dann diß das notableste war / daß die Machine in eben dem Motu, als sie leer gieng / die Schweere aufzog und wieder ablauffen ließ. Hierauf schaffte mehr gedachter Herr Inventor sothane Machine von seiner ordinairen Stellage, in omnium præsentiâ, auf eine andere / ließ zuvorderst die Pfosten / darinnen das Perpetuum Mobile erst

rum laberetur, tam celeri agitationi tradidit, ut minuti unius spatio quadraginta & pluribus vicibus circulum suum absolveret, & magna cum violentia sisti deberet; & cum id ipsum dextrorsum & siniſtrorsum moveri feciſſet, axi Machinæ ipsius jungebat funem per feneſtram in terram dependulum, funi ciſtam lateribus repletam ad 70. lb. ponderantem connectebat, & ope hujus suæ Machinæ eandem aliquoties elevabat & in terram deponebat. Ubi id notatu dignum occurrit, quod Machina eadem cum motus sui violentia, quam ab omni pondere libera habebat, pondus elevarit. Posthæc sæpe nominatus Dominus Inventor Machinam hanc suam in omnium præsentia ex loco priori in alium transferri curabat; præcipue Postes, quibus Perpetuum Mobile prius innitebatur,

erst stunde/ nebst denen Zapffen der Welle von denen gnädigst hierzu verordneten Herrn Commissarien/ auch von mir und denen Ambts- und Land-Gerichts-Personen durchgängig visitiren / und brachte sodann diese daselbst wieder zurecht gemachte Machine (nachdem bey jetztgemeldter Besichtigung nicht die geringste Cavitæt noch ein anderer Defect gefunden / sondern vielmehr auß allem sattsam erkandt wurde/daß der Motus der Machine durch verdeckte innere Hülffe befördert werden müsse) auf gleich geringe Bewegung/ wie oben gemeldet / in abermaligen geschwinden Lauff / also und dergestalt/ daß solches von denen anwesenden Herren Mathematicis und andern Curiosis sehr admiriret, zugleich dieses gantze Werck völlig approbiret/ und mithin von allem falsch belegtem Verdacht und Zweiffel gäntzlich liberiret wur-

tur, una cum ipsis cheloniis Axis primum à Dominis Commissariis ad hoc Clementissime deputatis, tum à me & aliis Judicii nostri membris quam accuratissime examinari & introspici rogabat. Quibus peractis (postquam in hoc accurato examine ne minima cavitas aut alius quispiam defectus inveniri potuit, sed potius ex omnibus abunde cognoscebatur, quod ipsius Machinæ motus ab internis principiis nasci deberet) machinam ibidem debite ordinatam pari exiguoque impulsu, ut supra dictum est, iterato celerrimoque motui restituebat, ita, ut hoc ipsum omnes præsentes Dom. Mathematici aliique curiosi summè admirarentur, simulque totum opus quam plenissimè laudarent, & eadem opera ab omni falso impacta suspicione & dubio omnino libera-

wurde; Welches alles man auf Ansuchen/zu Steuer der Wahrheit unter Vordruckung des Fürstl. Sächs. Ambts-Insiegels und meine des Ambtmañs eigenhändigen Unterschrifft hiemit attestiret und beurkunden wollen. So geschehen Merseburg den 31. Octobris 1715.

rent. Quæ omnia, debite requisiti, ad veritatis confirmationem, appresso judicii nostri Principalis Sigillo & propriæ manus meæ subscriptione hisce testari & confirmare voluimus. Actum Martisburgi die 31. Octob. 1715.

L. S.

Joh. Andr. Weise. Joh. And. Weise. mp.

Ter-

Das dritte Atteſtat,

Gegeben durch die ſämbtliche Aſſemblée.

ALs vermöge der im Leipziger Zeitungs-Extract der 42ten Woche von dem zu Merſeburg befindlichen Mathematico Herrn — Orffyreo ertheilten Nachricht der 31te Octobr. zu Unterſuchung ſeines verfertigten uñ im grünen Hofe vorm Sixti Thor ſtehendẽ Perpet. oder Per ſe Mobilis uñ deſſen Translocirung von der Stelle worauf es Zeit her geſtanden/auch andrer quoad formam externam und ratione ſeines ſtarcken egalen Lauffs auch andrer Operationum mehr anberaumet worden; So iſt von denen von Seiner Herrn Hertzog Moritz Wilhelm zu Sachſen poſtulirtẽ Adminiſtrat. des Stiffts Merſeburg Hoch-Fürſtl. Durchl. hochanſehnlich hierzu verordneter und unterthänigſt erbätenen Com-

Tertium Teſtimon.

Quod Congregati omnes Domini Curioſi confecerunt.

CUm, juxta datam per Lipſienſium relationum 42æ ſeptimanæ extractum à Domino Mathematico — Orffyreo Martisburgi habitante notitiam, dies 31. Octobr. examini & Perpetui vel per ſe mobilis ab Ipſo perfecti, & in prædio, ſic dicto, viridi ante portam Sixtinam erecti inſpectioni ejusdemque de loco, in quo hactenus conſtiterat, in alium translationi, aliisque quoad formam ejusdem externam & vehementem æqualemq; motum capiendis experimentis, pluribusque aliis operationibus deſtinata eſſet. Ab deputatis à Sereniſſimo Principe ac Domino Mauritio Wilhelmo, Saxoniæ Duce & poſtulato Adminiſtratore Martisburgenſi & Clementiſſime nominatis, &

Commission auch andern dabey sich eingefundenen Herrn Mathematicis, Mechanicis und übrigen Curiosis respect. von Distinction dieses oberwehnte Perpetuum & per se Mobile bey genommenem genauen Augenschein nachfolgender Masen befunden worden;

Nemlich es hat der Hr. Inventor angeregte sechs Ellen im Diametro und einen Schuh in der Dicke habende Machine anfänglich an demjenigen Orthe und in eben denselben Brettern worinnen selbige seither gelegen und geruhet zu unterschiedenen malen uñ so offt die Herrn Commissarii und Herrn Spectatores solches verlanget rechts und lincks herum lauffen lassen / da dann die Machine auf erhaltene gantz geringe Hülffe mit 2. Fingern sonder die geringste gebrauchte force so bald nur ein einziges von denen inwendig in dem Cörper des Kunst-Rades ver-

porrecto libello supplici exoratis DD. Commissariis, aliisq; ibidem præsentibus Dnis Mathematicis, Mechanicis aliisq; Curiosis variorū ordinū, Supradictum perpetuum & per se mobile prævio accurato examine deprehensū est tale, quale in sequētib⁹ à nobis describitur

Nimirum Dnus Inventor dictam suam machinam sex ulnas diametro suo & pedem crassitie sua complexam primum eo in loco & intra eosdem asseres, quibus ea hucusque incubuerat, diversis repetitisq; vicibus & toties, quoties DD. Commissarii & Spectatores idipsum desiderarunt, dextrorsum & sinistrorsum moveri fecit, ubi ad lævissimam, duobus digitis applicatis, nullatenus vero violentam opem, ut primum vel unicum in ipsa rotæ artificialis interiore structura occultatum pondus decidit, Machina ipsa paulatim &

cir-

verborgenen Gewichten zu fallen angefangen / die Machine nach und nach und ohngefehr in einer Umwendung von sich selbst in solchen starcken Lauff gekommen / und in einer egalité darinne verharret / bis selbige mit aller force wieder aufgehalten worden / welchen gleichen schnellen motum selbige auch conserviret / als ein Kasten mit sechs gantzen Mauer-Ziegel-Steinen incl. des Kastens à 70. Pf. incirca uñ zwar durch einen beschwerlichen acht Ellen von der perpendiculari scheeff zum Fenster hinauß bis ans Tach uñ von darelliche Claftern hinunter in den Hof gehenden Zug zu etlichen malen und bis ans Dach hinauf gezogen so offt man es begehret angehenckt worden.

Ferner hat der Herr Inventor — Orffyreus obbeschriebenes Perpetuum Mobile auß denen bisherigen Brettern in omnium præsentia außgehoben die

circiter intra unicam circumrotationem à seipsa motum adeo violentum obtinuit & in eo quam æqualissime perseveravit, ut nonnisi summa vi sisteretur. Quem rapidum motum ea pariter obtinuit, cum cista unà cum sex integris lateribus muralibus ad 70. lb. incirca ponderans & quidem difficili, 8. ulnis à perpendiculari recedenti, per fenestram procedenti & ad tectum elevato & inde in atrium aliquot orgiis dependulo funi aliquoties, quoties nempe desideratum fuit, annexa & à Machinæ impetu in altum ad ipsum usque tectum est elevata.

Deinde Ipse Dnus Inventor — Orffyreus supra dictum Perpetuum Mobile ex iis, quibus hactenus sustentatum fuerat, asseribus in omnium præsentia exe-

die Bretter sowol oben und unten als auch in der Mitten wo insonderheit vorgegeben werden wollen als ob in dem hintersten Brett ein eingeschnittener Fleck observiret worden/ingleichen die eisernen Zapffen an der Welle worauf selbige in denen Pfannen geruhet besichtigen lassen/da sich aber nicht das geringste indicium einiger impostur noch einiges Loch in Zapffen und Brettern/ sondern alles richtig gantz und ohne Tadel gefunden. Zu mehrerm Beweiß auch des motus interni ac proprii hat der Herr Inventor das Perp. Mob. in andere Bretter an eine andere Stelle solchergestalt daß die Zapffen der Welle beyderseits bloß in der oben offenen Pfanne gelegen/ versetzen und hierauf selbiges recht und lincks so offt es die versamlete ansehnliche Assemblee verlanget wieder herum lauffen lassen/ da es den gleichmäßigen

exemit, tum, ut asseres ipsi cùm supra & infra, tum in medio etiam, qui locus præcipue insimulatus fuerat, atque si in ultimo assere incisa quædam macula observata fuisset, uti & ipsæ ferreæ Cheloniæ axi infixæ, quibus mediantibus axis ipse anconibus sustentabatur, visitarentur, rogavit, quibus in locis ne tenuissimum quidem fraudis ullius indicium, neque in Cheloniis aut asseribus foramen ullum deprehensum est, sed omnia integra, perfecta & absque omni detrimento inventa sunt. Quin ad majorem motus interni & ipsi machinæ proprii probationem Dn. Inventor perpetuum suum mobile in alios asseres & locum alium, idque ea ratione, ut cheloniæ axis utrimque omnium conspectui paterent, & anconibus suis sine ullo operculo incumberent, transtulit, & translatum dextrorsum & sinistror-

gen starcken equalen und unverdächtigen schnellen Lauff wie vormals mit gewöhnlichen ziemlichen von dem innerlichen motu verursachten strepitu gehabt und bis zur gewaltsamen Aufhaltung conserviret/so daß also nichts hierbey verdächtiges vorgefallen.

Schließlich ist noch zu erinnern daß gleich anfangs ehe die Operation angegangen alle Gemächer unten oben und zu beyden Seiten von denen anwesenden besichtiget / auch die schweeren Stampen so keinesweges hohl sind/in Augenschein genommen / nirgends aber ein indicium eines Zugs mit Stricken befunden worden. Daß solches alles nun der Wahrheit gemäß / solches haben Endes-Benante auf respect. gehorsames

strorsum toties, quoties congregatus Cœtus Nobilissimus desiderabat, gyrari curavit; ubi consimilem velocem, æqualem & ab omni suspicione liberum cursum rapidissimũ commonstravit, strepitum ab interno motu causatum excitavit, motumq; suum, usq; dum violente sisteretur, conservavit, ita ut nullum fraudis aut suspicionis vestigium observaretur.

Postremo id memorandum venit, quod prius, quam ipsa operatio institueretur, omnia Conclavia tum supra, tum infra, tum ad machinæ latera utrimque sita à præsentibus omnibus sint sollicite visitata, ipsa gravia pistilla, quæ nullam cavitatem habent, oculis omnium sint examinata, nullibi vero vel tenuissimum fraudis ullius aut, occultis funibus causati, motus indicium sit deprehensum. Quod omnia & singula

mes und geziemendes Ersuchen des Herrn Inventoris glaubwürdig unter eigenhändiger Hand zu attestiren kein Bedencken gefunden. Signatum Meerseburg am 31. Octobris anno 1715.

supra recensita cum ipsa veritate concordent, idipsum nos infra scripti comparate, demisse & humanissimè ab ipso Domino Inventore rogati, ad veritatis confirmationem propria manu subsignare & testari voluimus & debuimus. Signatum Martisburgi die 31. Octobris anno 1715.

1 Julius Bernhard von Rohr/ als Hoch-Fürstl. hierzu verordneter Commissarius.
2 Wolff Dietrich Bose.
3 August Leidenfrost/ Königl. Poln. und Chur-Fürstl. Sächsischer Hof-Raht.
10 Carl August Hübner.
8 M. Christoph Semler/ Diaconus Ulricianus in Halle
6 Christoph Buchta Hoch-Fürstl. Sachsen-Zeitzischer Hof-Raht.
9 M. Alb. Zimmermann/ Math. Cultor.
7 Friederich Hofmann.
4 Christian Wolff/ K. P. Hof-Raht und Math. P.P.O. zu Halle.
5 D. Johann Burckhard Mencke / Kön. Poln. und Chur-Sächs. Raht und Historicus, PP.
11 Christian Benit/ Math. Cult.
12 Johan Just Walbaum/ Math. Cult.

Julius Bernardus à Rohr, à Serenissimo Principe specialiter deputatus Commissarius.
Wolffgangus Theodor. Bose.
August Leidenfrost, Sereniss. Polon. Regis & Electoris Saxoniæ Consiliar. Aulic.
Carolus August Hübner.
M. Christoph. Semler, Diacon. Ulrician. Halæ Saxon.
Christophorus Buchta, Sereniss. Principis Saxo-Citien. Consil. Aulic.
M. Alb. Zimmermann, Math. Cult.
Fridericus Hoffmann,
Christian Wolff, Ser. Polon. Regis Consiliar. Aulicus & Math. P.P.O. Halæ.
D. Joann. Burckhardus Mencke, Seren. Polon. Regis & Elector Saxon. Consiliar. & Historicus, P.P.
Christian. Benit. Math. Cultor.
Joan. Justus Walbaum, Math. Cultor.

NAchdem nun die falschen und unwahren Anschuldigungen/ derer zwey ersten Widersacher vor Jedermans scharffsichtigem Urtheil/ gleichsam als ein Unflaht unter den Füssen der Gerechtigkeit zutreten/ wie dañ solche Thaten werth waren. So fande sich nun der dritte Gegner Herr Wagner! Den Grund seines gehässigen Sinnes legte er durch einen gedruckten hechel-Bogen an den Tag/ unter etwannigem Tit. **Kurtze Untersuchung/ was von dem Rade zu halten/ welches** *Doct. Orffyreus* **zu Merseburg verfertiget. ꝛc. ꝛc. ꝛc.** Hiernebst hatte er auch selbst ein kleines Rad verfertiget / welches aber gantz langsam/ und nur so lange sich umgewendet/ bis die an einer Schnur hängende Gewichte/ von der Welle mitten im Rade / bis an den Rand desselben herunter gelauffen/ welches dañ gar bald geschehen/ und die gantze Sache ein perpet. stabile gewesen / weñ es nicht iñer wieder aufgewunden/ und wie ein Bratenwender aufgezogen worden; zu dem hat es auch etwas anders zu bewegen oder zu treiben/ keine Krafft gehabt/ sondern ein Stücke vom Fleder-wische (wie viele außgesagt) hätte es gleich zum stillstehen bringen mögen ꝛc. ꝛc. Nichts desto-

UBi jam falsæ & confictæ duorum Priorum adversariorum insimulationes, hac ratione, secundum cujusvis non omnino præjudicatam sententiam luti instar ab ipsius veritatis pedibus, sic loqui liceat, proculcatæ erant, & quemadmodum ejusmodi facta merebantur, protritæ: adversariorum tertius D. Wagner in me insurrexit. Prima infensi mihi animi indicia orbi publicavit publicis typis vulgato schediasmate Satyrico, cujus titulus hic fere erat. *Brevis disquisitio, quid de ea Machina sit sentiendum, quam Dr. Orffyreus Martisb. perfecit. &c.* Deinde ipse rotam exiguam fabricavit, quæ omnino tarde, idq; tamdiu movebatur, quoad pendentia ex funiculo pondera ab ipso rotæ ipsius axe usq; ad extremum illius orbem lento motu descendissent, quod ubi sat celeriter factum, tota hæc machina perpetuum stabile reddebatur, nisi identidem ipsa pondera, ut in veru automato fieri assolet, sursum attraherentur. Præter hæc nulla huic machinæ vis alia corpora movendi aut impellendi aderat, sed (ut complures affirmarunt) vel unica penna anserina totum hujus machinulæ motum sistere nata erat.

destoweniger hat er sich doch nicht gescheuet / dieses sein Kinderspiel dem Orffyreischen Perp. Mob. en parallel wo nicht gar darüber zu setzen; Fande sich auch in dieser Nach-äfferey so verstärcket! daß er bald darauf 1716. wiederum etliche nichtswürdige Bogen von gleicher Materie, nebst einem in Kupffer gestochenen Bratenwender/ herauß gab/ und zwar unter beyläuffigem verwegenen Titul: **Das nunmehro völlig entdeckte** Perpetuum ac per se Mobile **ꝛc. wobey eine in Kupffer befindliche** Machine **außcalculiret/welche lincker und rechter Hand / in eben der Geschwindigkeit herum lauffet/ auch eine Last von 70. lb. zu heben vermögend ist, folglich alles dasjenige/ was Herr** Orffyreus **bis** dato **gewiesen/ vollkommen** præstirt, ꝛc. ꝛc.

NB. Ja vollkommen præstiret! weñ ist es geschehen? deñ es hat sich dasjenige (was Wagner hier vor aller Welt versprochen/und nur bloß im Kupffer vorgeschildert gehabt) bis dato noch nicht in der That und Wahrheit bey ihm befunden; sich also in seiner Meynung gar sehr übereylet/ vergangen und betrogen! deñ es ja freylich gantz ein anders ist: etwas auf im bloßen Papier/durch die Phantasie, Idée und Hirn-Betrug/ohne vorherige reifliche überlegung/ so hin schmieren/ und

erat. &c. Quibus tamen non attentis ipse non erubuit, hasce suas quisquilias & nænias pueriles Mobili Perpetuo Orffyreano comparare, ne dicam, eidem anteferre; quid quod in hac sua Mobilis Perpetui imitatione sibi ita complacebat, ut quantocyus anno 1716. rursus aliquot nullius pretii & ejusdem farinæ cum priori folia, una cum incisa æri icone veru cujuspiam automati orbi publicaret, idq; sub hoc fere titulo audacissimo: Tandem omnino detectum Perpetuum ac per se mobile, cui addita est Icon æri incisa, sollicito calculo examinata, quæ sinistrorsum & dextrorsum pari velocitate movetur, simulq; pondus 70. librarum elevare potest, itaq; quam plenissime ea omnia præstat, quæ Dominus Orffyreus hactenus demonstravit, &c.

NB. Proh! quam plenissime præstat! amabo, quando id factum est? sane id (quod Wagnerus hic toti mundo pollicitus est, & æri insculptum tantum proposuit) hactenus reipsa ab eo nondum est præstitum; isq; adeo præconceptum à se præjudicium frustra præmature nimis publicavit, seq; ipsum machinamq; suam publico omnium risui justissimoq; ludibrio exposuit. Longe siquidem aliud est: quidpiam ope solius Phantasiæ, idearum mentis, aut

fal-

und seinen Nächsten wider besser wissen und Gewissen/ liederlicher massen zu nichte zu machen! und wiederum im Gegentheil auch gantz ein anders ist/ durch den von GOtt selbst verliehenen Verstandes-Grund/ etwas lebendiges/ ja mit Mühe/ Zeit und Kosten endlich gefundenes Wunder-Ding/ handgreiflich/ und im Wercke selbst darstellen. ꝛc.

Wannenhero auch zu anfange des vorigen 1718. Jahres/ an vielen Orthen/ bey redlichen/ unpartheyischen und Kunst-liebenden Gemühtern/ die curieuse und nachdrückliche Frage entstunde: **Ob/ und wenn doch des Christian Wagners zu Leipzig/ sein ehemals nur in Kupffer entworffener Bratenwender/ eine nach seinem des Wagners eigenen von niemanden verlangten Versprechen/ geschwind-lauffende/ und treibende Machine, gleich des Orffyrei seiner werden würde? ꝛc.**

Weßhalben man auch alhier mehrgedachten Wagnerischen Bratenwender dem Publico zu Liebe mit Fleiß anfügen wollen; anbey einem jeden rechtschaffen-Verständigen judiciren lassen: Ob es möglich/ daß ein Mathematicus, (wie Wagner seyn wil) sich im calculiren so weit vergehen/ und durch solch übersetztes Räder-Spiel/ einen so langen schnellen Lauff und Trieb zuwege bringen könne: wie Orffyreus mit seinem Perp. Mobili ohne alles dergleichen Räder-Werck/ (laut Hoch-Fürstl. und andern Zeugnissen) gethan und gewiesen hat. ꝛc.

falsorum præjudiciorũ, absq; prævia matura discusione, chartæ illinere, proximumq; suum contra propriã scientiã & conscientiam fraudulento modo velle subvertere, uti vicissim aliud est, dato nobis à Deo intellectu illiusq; multo labore vivum quidpiam, aut multo labore, tempore & sumptu tandem repertũ naturæ miraculũ opere ipso omnium manibus palpandũ & conspiciendũ præbere.

Quibus etiam de causis ineunte nuper año 1718. multis in locis, cordatos inter, ab omni partium studio alienos & artium amantes viros curiosa ea & notatu dignissima quæstio enata est: An & quando tandem Christiani Wagneri Lipsiensis Veru automaton æri olim incisum futurum esset Machina celerrime sese agitans & alia impellens, Orffyreanoque Mobili Perpetuo ex ungue similis, quemadmodum id ipse Wagnerus, etsi à nemine sollicitatus, promisisset? &c.

Quamobrem etiam hic sæpe dictum Veru Automaton Wagnerianum curiosorum oculis libentes volentes subjicimus, omniumq; simul cordatorum & sapientum judicio committimus decidendum: An possibile videri possit, ut Mathematicus (qualis Wagnerus esse desiderat) calculo suo tantum aberret, & tot sibi implexis rotulis tam diuturnũ celeremq; motum & vim motricem efficiat? quemadmodum Orffyreus suo Perpetuo Mobili absq; omni ejusmodi rotularum conjunctione, (id quod Principale & alia Testimonia abunde evincunt) ea produxit & orbi demonstravit? &c.



Wagners Bratenwender. Veru automaton Wagnerianum.

Allem Ansehen nach ist es Herr Wagnern / bey aller seiner Aufführung / wol um nichts anders zu thun gewesen / als den guten Orffyreum mit allen Erfindungen vor aller Welt zu schanden und gantz zu nichte zu machen! wie er dañ bis diese Stunde noch nicht feyren sol / nach Aussage vieler unverwerflichen Zeugen / die boßhafftigsten Droh- und Lästerungen / bey aller Gelegenheit außzustossen / ꝛc. ꝛc. Wiewol / er hat seinen Lohn dahin! GOTT gebe ihm Gutes für Böses / und lasse es seiner Seelen nicht schaden ; welches auch denen andern beyden Antagonisten und Pasquillanten / ja allen annoch heimlichen Diffamanten von Hertzen angewünschet sey. Unter diesen sterblichen Adams-Kindern wird der vierte Verß / des vierten Capittels im Prediger Buch wol wahr bleiben / nebst dem / was auch Cap. 10. ℣. 18. stehet: Falsche Mäuler decken Haß / und wer verleumbdet / der ist ein Narr. ꝛc. ꝛc.

SI quid humano judicio hic assequi possumus, totum id, cui Domin. Wagnerus omni conatu suo & labore studuit, nil aliud fuisse videtur, quam conatus maxime sedulus, ut Orffyreum unà cum omnibus ejusdem inventis in orbis universi oculis perderet. Quemadmodum in hanc usque horam à compluribus fide dignissimis testibus id unum agere dicitur, ut quavis sese offerente occasione pessimas comminationes & calumnias effutiat &c. Sed, & hic recepit mercedem suam. Clementissimus Deus pro malo ipsi bonum reddat, neque facta ejus animæ ejusdem imputet. Quod ipsum duobus etiam aliis adversariis & calumniatoribus meis, uti & universis clandestinis adversariis nostris toto corde apprecamur. Hos inter Mortales Adami nepotes versus 4. cap. IV. Ecclesiastis veritatem suam obtinebit, una cum eo, quod Prov. cap. X. ℣. 18. dicitur: Qui tegit odium, labiis est fallacibus, &, qui profert infamiam, est stolidus, &c.

Keine Kunst ist Schelten / Schmehen / ꝛc.
Thoren sind nicht klug vielleicht?
Wahrheit sol sich lassen sehen /
Wenn die Lügen Spott erreicht.

Non est ars gravidis convicia fundere linguis,
Namque agere hoc etiam fœmina stulta (potest;
Ille vir est, quisquis consuevit dicere verũ
Hic fruitur, mendax nomine quãdo caret

Orffyre, des Nächsten Knecht!
Ihn beschützen Gottes Hände:
Seine Räder sind gerecht
So vom Anfang bis ans Ende.

Hinc Orffyreũ supremi dextra Tonantis
Proteget, huic promptam porriget a-
cris opem. (na gyrat,
Dum currunt sine fine rotæ, dum machy-
Et sine fine Deus fautor amicus erit.

Solches werden die Frommen sehen und sich freuen / und aller Boßheit wird das Maul gestopffet werden. ꝛc. Psalm CVII. ℣. 42.

Id videbunt recti & lætabuntur, & omnis nequitia obdet os suum. Psalm CVII. ℣. 42.







Das Merſſeburgiſche Perpetuum Mobile! ꝛc. ꝛc. Perpetuum Mobile Martisburgii.&c.&c.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-40226/fragment/page=0149

Volget nun das Orffyreische Perpetuum Mobile, zu Merseburg gestanden / dem äusserlichen Ansehen nach.

Nro. 1. Ist die Grösse oder Peripherie der haubt-Machine.

2. Die Dicke oder Profil, gedachter haubt-Machine.

3. Die haubt-Welle mitten durch die Machine.

4. Bretter / darinnen die Machine hänget und laufft.

5. Stellage zu dem Pochwerck und Stampfen.

